

canis ad vomitum redeant^{a)} 1), tamen non est eis deneganda^{b)} penitentia, quorum tamen conscientia^{c)} pro contemptu cruenta est exaggeratione^{d)} divini iudicii deterrenda. § [5] Verum in ea questione, que preter hec quinto loco ponitur^{e)}, an scilicet a sacramenti vinculo absolvantur, qui illud inviti pro vita et rebus servandis fecerunt^{f)}, morem nostre ecclesie prosequentes^{g)} nichil aliud arbitramur, quam quod antecessores nostri Romani pontifices scilicet Zacharias^{h)}, Gelasius, Gregorius VII., Urbanus II.²⁾ atque alii arbitrati fuisse noscuntur, qui tales a iuramentorum nexibus absolverunt. Ceterum ut agatur consultius et ab eis auferatur periurandi materia, eis non ita expresse dicatur, ut iuramenta non servantⁱ⁾, set si non attenderint ea, non sunt ob hoc tamquam pro mortali crimine puniendi. § [6] Ad ultimum quoque quod consulisti nos, si de iure communi tibi liceat ac^{k)} suffraganeis^{l)} tuis illos, qui pro temeraria manuum iniectione excommunicationis sententia percelluntur, absolvere, hic manifestius respondemus, quod observata exceptione quorundam, que in decretalibus Alexandri III.³⁾ continentur^{m)}, hoc nemini liceatⁿ⁾ nisi apostolice sedis gaudeat privilegio speciali. Verum tamen volentes illis, qui in tam remotis partibus tue provincie commorantur, dispensatione providere paterna, fraternitati tue presentibus litteris

3u § 5: Ab ecclesia debent absolvi, qui metu mortis aliquid dare iuraverunt.

3u § 6: Qui percussores clericorum ab episcopo absolvi possunt.

a) revertuntur M. b) neganda M. c) scientia H. d) exaggeratione HM. e) proponitur M. f) fecerint M. g) persequentes M. h) accatius M. i) servant M. k) a HM. l) suffraganes H. m) continetur M. n) licet M.

1) Prov. 26, 11.

2) Es sind wohl die Stellen c. 3—5 C. XV q. 6 bei Gratian gemeint.

3) Vgl. den Titel: De illis qui incidunt in canonem datae sententiae vel incidere videntur et qui sint ad sedem apostolicam propter absolutionem mittendi der Appendix (tit. 14) und der Bambergensisgruppe (Bamb. tit. 7), der in der Hauptsache die in die Decretalen (5, 39) aufgenommenen Verfügungen Alexanders III. zur Sache enthält.